

## PLUMBUM

candidum.

**P**lumbum candidum, Mercurio  
 sacrum, Græcè *κεασίτορον*, vnde  
 Cassiterides insulæ Celtiberis oppo-  
 sitæ nomē habent. Hoc è solidis mon-  
 tibus exciditur, & sui coloris non re-  
 peritur: tamen reperitur purum, in la-  
 pillis videlicet nigerrimis, idq̃ sæpi-  
 us: aut flavis, aut candidis. quidam ex  
 his pellucidi sunt, vt albi & flauo colo-  
 ris, sed ijdem tamen admodum rari.  
 Vidi quod stibi seu antimonio fuit si-  
 mile, cū pyrite aurei coloris, in quo  
 plumbum ipsum argenti, pyrites auri  
 fuit ferax. Ex eo autem, quod ferri la-  
 pidi simile est, nihil aliud quàm plum-  
 bum excoquitur. Quod purum non  
 est, sed mixtum, interdum lapidi can-  
 didissimo adheret inspersis fluoribus  
 coloris argentei, qui lapis aliquando  
 silicis duriciem habet, aliquando fria-  
 bilis